





*Q. D. B. V*  
DISSERTATIO IVRIDICA

DE

IUDICIO  
PERITORVM IN ARTE  
OPTIMO LITIVM DIRIMENDARVM  
IURIS REMEDIO

QVAM

PRAE S I D E  
ANDREA FLORENTE  
RIVINO D

POTENTISSIMI SARMATARVM REGIS ET ELECT SAX  
CONSIL AVLICO DIGESTI VETER PROF PVBL ORDIN  
CVR PROVINC CONSIST ECCLESIAST ET SCABIN  
ITEMQUE ORD IVRID VITEMB

ASSESSORE

IN AUDITORIO MAIORI  
ANNO RELIGIOSAE PACIS SAECVLARI

CICDCCCLV D VI OCT

TVETVR ET DEFENDIT

A V C T O R

IOANNES CAROLVS TISCHER

CIZENS


VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS.

15

1755  
14

471



A  
M O N S I E U R  
G E O R G E T H E O P H I L E  
T I S C H E R

S E I G N E U R D E W U R C H W I Z   E T C .

C O N S E I L L E R D E C O M M I S S I O N S D E L A  
C H A M B R E E T B A I L L I A Z E I Z D E S A M A I E S T E  
L E R O I D E P O L O G N E E L E C T E U R  
D E S A X E   E T C .   E T C .

M O N T R E S H O N O R E P E R E

A  
M O N A S T E R  
C E O N G E D U M I C H O U T E R  
T I S F H A X R  
S E R V E R D A M U R C H A Y S T E  
C E N S U L T P A D A C O M M U N I C A N D D E  
C H A M B E R D E S A U T I A N D D E S A M I C E T  
L E R O I D E S O R G E N D E M E C T O R  
M A N S A U D E S A M P A L A

T R E S H O M I E R E L E R  
M A



reinventer son te alorquai uotables que, l'etremme uoies  
de la mort, meur, meur, meur, C le long de la poudre  
de meurtre et d'ameure ameure est appelle a la mort, vole  
telle que Monsieur  
mon tres cher et tres honore Pere,

**E**n considerant les soins que demande une bonne education et les avantages, qui en reviennent tant aux enfans, qu'a la republique, chacun comprendra facilement combien l'on est redevable et obligé

):( 2

aux

aux parens, qui s'esforcent à les bien elever et à leur inspirer les sentimens necessaires à une vie honeste et heureuse. D'autant moins les enfans sages, qui doivent à leurs parens une vie pleine de bonheur, pourront s'empecher de sentir en eux mêmes pour les auteurs de tels bienfaits un amour immortel, une devotion immortelle, et une attention immortelle. C'est pourquoi, Monsieur, mon très cher Pere, si ie pese les soucis continuels et les soins ardents que Vous avés eus de mon education dès ma plus tendre ieunesse, ie serois le plus indigne de Vôtre amour, si ie n'avoisois sincérement que Vous m'avés fait éprouver tout ce qu'on peut attendre d'un Pere tendre et aimable. Je connois donc facilement ce qui est de ma part et de mon devoir, savoir, de me conduire pendant toute ma vie avec tout le respect et toute la devotion possible en fils reconnoissant. Pour cet effet, quoique la quantité de Vos bienfaits et la grandeur de Vôtre passion soient telles, que, bien que i'emploie tous mes soins, ie ne serai jamais capable

pable de Vous en pouvoir rendre la moindre partie, il  
s'en faut pourtant beaucoup qu'elles ne me retiennent  
de tous les temoignages de devotion, au contraire, ie ferai  
d'autant plus tous mes efforts pour pouvoir esperer de re-  
pondre en quelque maniere à Vôtre grace singuliere. Et  
c'est elle même, qui m'a encouragé de Vous consacrer les  
premiers fruits de mes etudes, que ie viens ci Vous pre-  
senter, pour qu'ils Vous tiennent lieu de quelque monu-  
ment de mon obéissance et de mon attachement inviolable.  
Agreeés donc de grace et de Pere, ie Vous suplie, ce que  
ie Vous offre, et continués de m'honorer encore à l'ave-  
nir de Vôtre protection paternelle. Au reste je ne  
cesserai iamais de faire des voeux pour la conservation  
de la prosperité de Monsieur mon très honoré Pere,  
et de Madame ma très honorée Mere. Le Sei-  
gneur éternel veuille augmenter et affermir tellement  
Leur santé, qu' Ils puissent iouir l' Un et l' Autre des

fruits de Leur vertu par une longue suite d' années dans  
une vie contente et heureuse. Personne ne profitera  
plus que moi par l' accomplissement de ce souhait. C' est  
alors que i' aurai lieu de me reouvrir long-tems du bon-  
heur de ceux à qui ie dois tout, et alors ie ne manquerai  
pas d' occasions de faire connoître le profond respect avec  
lequel j' ai l' honneur d' être jusqu' au tombeau

Monsieur

mon très cher et très honoré Pere

Votre

très humble et tout obéissant fils  
Jean Charles Tischer.

CON-

# CONSPPECTVS

- §. I. *Litium ambages, saluti publicae noxias, Romani acque a nobisi Serenissimi Legislatores omni conatu rescindere studuerunt.*
- §. II. *Inter optima litium dirimendarum remedia referendum est iudicium peritorum in arte. Qui periti in arte dicantur, et a quoniam fiantur?*
- §. III. *Quum longa sit artificum differentia: neque plane indoctos, neque consummatos intelligimus.*
- §. IV. *Artifices et opifices, rerum, quae ad eorum artem spectant, presumuntur periti.*
- §. V. *Aliam culpam praestant artifices, qui artem profitantur: aliam, qui gratis beneficii loco operam nuant.*
- §. VI. *Quid artificium sit, et quomodo differat ab officio? Romani seruos artificiis instruere solebant. Si quis plura fecit artificia, quodnam spectandum?*
- §. VII. *Indistincte et simpliciter arbitrio peritorum non standum. Acta saepius ad aliud collegium transmittuntur.*
- §. VIII. *Tam collegiorum artificum decreta, quam singulorum iudicia, vires rei iudicatae non consequi, contra BEYERVM recte statuit BOEHMERYS. Sententia ta-*
- men a iudice ad eiusmodi informationem lata, partibusque publicata, in Saxonia Electorali in rem indicatam transit.
- §. IX. *Certum arris peritorum semper et ubique requirendorum numerum Leges non definit. Tuitius est, duos a partibus electos, vel plures, adhibere, tertio a iudice constituto. Hi deinceps, ut suspecti, difficulter recusari possunt.*
- §. X. *ALEXANDRI SEVERI prudenter in adhibendis artium peritis, constituendisque eorum corporibus.*
- §. XI. *Sensales unde dicti, et quid eorum in concursu creditorum officia? lites mercatorum et ex cambiis ortas, negotiationis periiti decidunt.*
- §. XII. *Rationum causae committuntur calculatoribus. Unde est nomen fortiti?*
- §. XIII. *Artis peritorum usus in materia euictionis.*
- §. XIV. *Comparationes litterarum et rei scriptoriae peritis quondam institutae solitae, Inve Saxon. Elect. abrogatae. Interpretis documenta lingua exoticâ scripta in vernaculam transferunt et responsones eorum, qui eandem*

*non*

- non callent, in iudicis nostris explicant.
- §. XV. In rebus domesticis consuluntur patresfamilias, harum rerum periti.
- §. XVI. Ita restituendi fructus redditusque anni a bonae vel malae fidei possessoribus per peritos taxatores aestimantur.
- §. XVII. Qui certam fructuum quantitatem, vel locarium annum determinent? Quid per fructus sumtusque in eos factos intelligendum?
- §. XVIII. Impensae necessariae semper deducuntur.
- §. XIX. Quomodo sit procedendum a peritis, si fructum ante plures annos perceptorum restitutio presentiam sit iniuncta?
- §. XX. Suntus, qui superant meliorationes, non recipit ad fructus restituendos damnatus, bene in uniuersali iudicio, hereditatis petitione. A quo tempore fructus a bonae et malae fidei possessore apud nos sint restituendi?
- §. XXI. Veri pretij explorandi gratia, res peritis tradi solet.
- §. XXII. Quorum iudicio rerum ablatarum quoque taxatio committitur. Fabri ferrarii et venditores equorum tanquam artis periti adhibentur, si de vitio equi quaeritur.
- §. XXIII. Agrimenorum magna olim et hodie utilitas, quum incidit quaestio de mensura quantitatis et spatii agrorum.
- §. XXIV. Ocularis inspectio olim quoquis tempore peti et institui poterat, hodie in Elect. Sax. intra XIV. dies. Iudicis tamen potestas idcirco latius pater.
- §. XXV. Ad corpus delicti erendum praeter iudicis et Scabironum praesentiam, Medico atque Chirурgo opus est.
- §. XXVI. Saepius adhibetur ocularis inspectio, si mulier capitali, vel corporis afflictiva poena plenti, torqueri vel terreri debet, vel si suspecta est de partu edito, vel si quaestio oritur de coundi impotentia.
- §. XXVII. In quaestionibus facti, initio septimi mensis perfectum partum et undecimo legitimum nasci posse, creditur Medicis.
- §. XXVIII. In quaestionibus iuris consuluntur ICti, item, si quis legalis scientiae praemia accipere velit, recurrentum ad Turi peritos.
- §. XXIX. Epilogus.



Q. D. B. V



*Q. D. B. V*

DISSERTATIO IURIDICA

DE

IUDICIO  
PERITORVM IN ARTE

OPTIMO LITIVM DIRIMENDARVM

IVRIS REMEDIO



§. I.

SUMMI prudentissimique Imperantes laudabilem semper in eo posuerunt operam, quo, annuente Deo, praesertim pacis tempore, saluti publicae, quae non patitur in immensum trahi litigia, idcirco saluberrimis consulerent legibus, et

IN VIX JAM (a) A. in-

II DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

inter ciues iustum distrahendarum controuersiarum praescriberent modum iustaque remedia, et sic per legitimos trahentes calumniantium iniquitates expellerent. Etenim Reipublicae interest, ciues litibus et sumtibus non vexari, <sup>a)</sup> ut potius litium sit finis, <sup>b)</sup> ac ne pene immortales fiant, vitaeque hominum modum excedant. <sup>c)</sup> In primis Romani Imperatores, ut obicem ponant huic malo, dederunt operam; immo Potentissimum Regem Electoremque nostrum ad publicanda Edicta de euitandis litium ambagibus in causis minutis, et ut ocios in detegendis ac puniendis furibus, graffatoribus et latronibus, tranquillitatis publicae hostibus, procedatur, publica sollicitudinis cura commouit. <sup>d)</sup>

§. II.

ET quamvis non desint remedia varia, quae ad finem illum obtinendum in causis ciuilibus et criminalibus, tendunt; latissime tamen patere videtur arbitrium et *iudicium peritorum in arte sua*, cui merito standum. Namque saepius, ut inquit SENECA, <sup>a)</sup> bona materia cessat sine ar-

tifice,

<sup>a)</sup> l. 6. D. de min.

<sup>b)</sup> l. 10. C. de transact.

<sup>c)</sup> l. 13. C. de iudic.

<sup>d)</sup> vid. Mand. die Abstellung pro-cessualischer Weitlaeuftigkeiten in geringfűigen Rechts-Sachen betr. d. d. Dresden, den 28. Nov. 1753.

it. Erneuertes und geschaerftes Mandat wegen Auffuch- und Entdeckung auch Bestraffung des Diebs- und Raeuber-Gefindels. d. d. Dresden, den 14. Decr. 1753.

<sup>a)</sup> Epist. XLVII.

OPTIMO LITIVM DIRIMEND. IVR. REMED. III

tifice, et de arte soli artifices iudicant, iudicantibusque creditur, <sup>b)</sup> vel, ut VALERIVS MAXIMVS <sup>c)</sup> ait: suae quisque artis optimus et auctor est et disputator. Sunt autem *periiti in arte*, quos Galli *les g̃ns de metier* vocant, et qui saepius in Iure appellatione *bozorum virorum* vel *arbitratorum* <sup>d)</sup> veniunt, <sup>e)</sup> personae, quae rei aliquam secundum suam scientiam et artis suae praecepta et regulas diuidicant atque definiant, v. g. in contractu societatis, lucri et damni partes: <sup>f)</sup> in locatione conductione, mercedem: <sup>g)</sup> in emtione venditione, pretium. <sup>h)</sup> Etenim ex cognitionibus et comprehensionibus rerum, <sup>i)</sup> nec non ex observationibus, <sup>k)</sup> efficiuntur artes. Quo sensu SENECA de *beneficiis* <sup>l)</sup> dixit, insita esse nobis artium omnium semina; et in *Epistolis*: <sup>m)</sup> Natura femina nobis scientiae dedit, scientiam non dedit. Hinc VLPIANVS: <sup>n)</sup> Si, cum mihi vesti-

A 2 CYMAIS AV IV (menta

<sup>b)</sup> l. 6. C. de re milit.

<sup>i)</sup> conf. cīc. de fin. Lib. III.

<sup>c)</sup> Lib. VIII. cap. 12.

<sup>j)</sup> cap. 49.

<sup>d)</sup> vid. ZACH. HVBER. Obs. rer.

<sup>k)</sup> vid. QVINCTIL. in Instit.

indic. Obs. VII.

<sup>l)</sup> Orat. Lib. III. cap. 2.

<sup>e)</sup> l. 35. D. de min. l. 22. §. 2.

<sup>m)</sup> Lib. IV. c. 6.

D. de R. I.

<sup>f)</sup> l. 75. sq. D. pro soc. l. 69.

<sup>n)</sup> Epist. C XX.

§. 4. D. de iur. doni.

<sup>o)</sup> in l. 17. §. 4. D. de praeser.

<sup>g)</sup> l. 25. D. locati.

<sup>p)</sup> verb. in l. 21. & de legiui (a

<sup>h)</sup> §. 1. I. de emt. l. vlt. C. de

contr. emt.

.debai

IV. DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

menta venderes, rogauero, vt ea apud me relinquas, vt peritioribus ostenderem, et in prouerbio dicitur; *Die Becker beschauen einander das Brod.* Pari modo quoque rusticis vicinis peritis in re rustica creditur, si super rebus ad agriculturam pertinentibus, vel de redditibus agrorum, controuersia est: quippe qui optime norunt, quantum terra ferat. Nihilque refert, num artis periti a iudice, an per compromissum a partibus ad ferendum iudicium, sistantur. Sic cura carnis omnis, vt iusto pretio praebeatur, et ne morbida vendantur pecora, ad magistratum pertinet, <sup>a)</sup> et ab eo certis personis talis inspectio committitur.

§. III.

E QVIDEM non negandum, inter artifices longam esse differentiam et ingenii, et naturae, et doctrinae, et institutio-  
nis, <sup>a)</sup> vti VLPIANVS ait in l. 31. D. de solut. quam MENAGIVS <sup>b)</sup> ad aduocatos belle applicat, elegantique illustrat exemplo. At vero hic non semper summi artifices requiruntur: id quod scite docet VLPIANVS, <sup>c)</sup> illud sciendum est, inquiens, si quis artifi-

<sup>a)</sup> l. 1. §. 11. D. de offic. praef. <sup>b)</sup> In Amoenit. Iur. Cap. XVIII.  
Arbi.

<sup>c)</sup> in l. 19. §. 4. D. de aedil. edict.  
indeb.

cem promiserit, vel dixerit, non utique perfectum eum praestare debet, sed ad aliquem modum peritum: ut neque consummatae scientiae accipias, neque rursum indoctum esse in artificium: sufficiet igitur, talem esse, quales vulgo artifices dicuntur. Si vero *optimum* esse dixerit, optimum, non mediocrem in eo artificio praestare debet. <sup>a)</sup>

## §. IV.

ARTIFICES autem et opifices, presumuntur rerum periti, quae ad eorum artem et opificium spectant. Unde CICERO <sup>a)</sup> apposite ait: Etenim, si Q. SCAEVOLA, ille augur, cum de iure praediatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad FVRIVM et CASCELLIVM praediatores, reiiciebat: si nos de aqua nostra Tusculana M. TVGIONEM potius, quam c. AQVILIVM consulebamus, quod assiduus usus vni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit.

## §. V.

PRO INDE in eo, qui artem proficitur, imperitia, tanquam defectus eius qualitatis, merito culpae annumeratur. <sup>a)</sup> Adeo

A 3

<sup>a)</sup> l. 18. §. 1. D. de aedil. edict. <sup>a)</sup> l. 27. §. 29. D. ad L. Aquil.  
<sup>a)</sup> in Orat. pro L. Corn. Balb. §. 7. I. eod. l. 132. Di de R. I.  
 cap. 20.

VI DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

que is, cum quo quis, vt *artifice*, contraxit, <sup>b)</sup> culpam leuissimam praestare tenetur; <sup>c)</sup> quem casum eleganti responsu illustrat **WERNHERVS** <sup>d)</sup> in mangone gemmarum, qui resarcire tenetur damnum, quod ex minus apta gemmarum annulo inclusione venit. E contrario iste *artis peritus*, qui operam non ex locatione conductione, sed gratis beneficii loco nauat, dolum et latam duntaxat culpam praestat, et sufficit, eum bona fide egisse. <sup>e)</sup> Aliud enim est, vt ait **CICERO**, <sup>f)</sup> esse *artificem* cuiusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine nec hebetem, nec rudem; idque, quod ei datur, non merces, sed *honorarium*, <sup>g)</sup> gallice *recompense*, et in agrimenso proprio nomine *pulueraticum*, quod quasi pro labore et puluere iis datur, <sup>h)</sup> dicitur. Illi tamen, die *Zanftmäsig seyn*, vt nos loquimur, scilicet qui recepti in matriculam et collegium artificum, <sup>i)</sup> praferendi, interposito prius, quam iudicia sua perhibent, in quauis cau-

fa

<sup>b)</sup> l. 9. §. 5. D. loc. cond.

<sup>f)</sup> de Orat. I. 58.

<sup>c)</sup> l. 13. §. 5. D. eod. l. 28. C. eod. **ERVNREM**. ad cit. **LL. BECK** de iur. limit. pag. 130.

<sup>g)</sup> l. 1. pr. D. Si mens. fals. mod. dix.

<sup>d)</sup> Part. II. obf. 427.

<sup>h)</sup> conf. **CVIAC**. Lib. IV. obf. 18. et aureum tractatum **IAC. GOTHOFER**. ad l. 16. Cod. Theod. de tiropibus.

<sup>e)</sup> l. 1. §. 1. D. Si mens. fals. mod. dix. l. 1. §. 5. D. de O. et A. iung. **ALEYSER**. Sp. 112. m. 6.

<sup>i)</sup> vid. **RYLAND**. de Commiss. P. I. Lib. IV. c. 6. n. 4.

OPTIMO LITIVM DIRIMEND. IVR. REMED. VII

sa, iureiurando, nisi iam antea initio officii in iudicio, quo causa tractatur, generale dixerint sacramentum.<sup>b)</sup> *Artifici* enim, tanquam testi, non creditur, nisi iurato.<sup>c)</sup>

§. VI.

PER *Artificium* autem, quod differt ab *officio*, generali nomine, quodque ad omne ministerium spectat, <sup>a)</sup> ac in quo, vt ait CICERO in principio libri de officiis, sita vitae est honestas omnis, et in negligendo, turpitudo, intelligo illud, quod scientia constat et animi perceptionibus ad opus aliquod moliendum comparatis. <sup>b)</sup> Sic apud Romanos seruos artificiis instruere solebant; <sup>c)</sup> vnde VLPIANVS:<sup>d)</sup> Si seruos pignoratos artificiis instruxit; <sup>e)</sup> et arte fabrica *peritum* seruum dixit PAVLVS. <sup>f)</sup> Imino seruis cocis quoque tribuitur *artificium*, <sup>g)</sup> de quibus MARTIALIS:<sup>h)</sup>

Non

<sup>k)</sup> l. 14. C. de iudic. et Dec. El. eam AVERAN. Interpr. Iur. Lib. V.  
nou. 2. de a. 1746. verbis: und cap. 25. BERG. Oecon. p. 555.  
bierzu vereydete Taxatores. <sup>e)</sup> l. 32. D. de R. V.

<sup>l)</sup> l. 6. §. 1. C. de sec. nupt. <sup>d)</sup> in l. 25. D. de pign. act.  
iung. CARPZ. Part. I. Conſt. 22. d. <sup>e)</sup> iung. l. 6. pr. D. de oper. seru.  
12. et C. 26. d. 4. C. 32. d. 63. <sup>f)</sup> l. 19. in fin. D. de instr. vel  
instr. leg.

<sup>a)</sup> l. 26. §. 12. D. de cond. ind. <sup>g)</sup> conf. QVINCTIL. L. II. c. 15.  
Inst. Orat.

<sup>b)</sup> l. 65. §. 1. D. de leg. 3. et ad <sup>h)</sup> Lib. XIV. Epigr. 220.

VIII DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE.

Non satis est ars sola coco, seruire palato:

Namque cocus domini debet habere gulam.

et LIVIVS: <sup>i)</sup> epulae quoque ipsae, et cura et sumtu maiori apparari coptae; tum cocus, vilissimum antiquis mancipium, et aestimatione et vsu, in pretio esse, et quod ministerium fuerat, ars haberri copta. Si artifex plura scit artificia, illud spectandum in quo plerumque versatur: <sup>k)</sup> vnde eleganter QVINTILIANVS: <sup>l)</sup> Artem constare ex praeceptionibus consentientibus et coexercitatis ad finem vitae utilem.

§. VII.

NEC tamen indistincte et simpliciter arbitrio peritorum standum: praesertim si vacillantes sunt, quemadmodum nec testes, qui aduersus fidem suam testationis vacillant, audiendi sunt, <sup>a)</sup> ceu pron. F.I.L. Mens. Jun. 1753. in causa derer Hüsner zu R. aduersus die Halbhusner daselbst: daß gestalten Sachen nach, und weil die von Beklagten angegebenen 3. Taxatores anfangs sol. — daß sie in dieser Sache nichts gewisses zu taxiren vermöchten, sich erkläret, also auf deren nachher erfolgten Taxe kein gegründetes Absehen zu richten, zu förderst drey andere Taxatores, und zwar einer von denen

Gerich-

i) Lib. XXXIX. cap. 6.

k) dict. l. 65. §. 2. de leg. 3.

l) de Instit. Orat. Lib. II. cap. 17.

a) iung. l. 2. D. de testib.

Gerichten, einer von Klägern, und einer von Beklagten zu ernennen, auch zu verpflichten, und von diesem der — anderweit zu taxiren, worauf etc. Hinc saepius acta, sumtibus petentis, adhibitis nouis taxatoribus, ad aliud collegium transmittuntur: immo antea saepius a peritis rationes suae relationis iudici factae exiguntur.<sup>b)</sup>

## S. VIII.

ILLUD habet dubitationem, an decreta collegiorum opificum mechanicorumque vires rei iudicatae consequantur? Negantem sententiam contra ADRIANVM BEYERVM, statuentem, huiusmodi collegiis veram et proprie dictam iurisdictionem moribus et consuetudine confirmatam competeret, meritor tuetur BOEHMERVS.<sup>a)</sup> Collegia enim, qua talia, sunt societas mere aequales, adeoque, ut imperio nullo gaudent, ita quoque iurisdictionem, quae ex imperio fluit, regulariter non habent. Etenim de rebus ad collegium, eiusque, quam profitetur, artem pertinenteribus, causa cognita, decernere aliquid atque dijudicare possunt, quem nemo de ipsa arte indicium ferre possit rectius, quam artis peritus. Verum enim vero haec facultas non

B

iuris.

<sup>b)</sup> STRYK. de Iur. senf. Diff. I. 19. et in Differt. de sentent. in rem C. III. §. 3. seqq. iudic. haut transeunt. §. 26.

<sup>a)</sup> in Iur. Eccl. L. II. T. 27. §.

iurisdictionem, sed nudam notionem inuolutus <sup>b)</sup>. Vnde etiam concludunt, sententiam ex consilio artis peritorum latam, in rem iudicatam non transire, <sup>c)</sup> sed esse nudam informationem de ipso facto. At vero, si index ordinarius ad huiusmodi informationem sententiam tulit, partibusque debito modo publicauit, hanc transire in rem iudicatam, nisi per leuterationem vel appellationem suspendatur, praeferunt in Electoratu Saxoniae, <sup>d)</sup> nullus dubito.

## §. IX.

**Q**UOD vero periti in arte in rebus diiudicandis requirantur, semper et ubique, in legibus cautum non est: interdum tamen, v. g. si mulier mortuo marito se praegnantem esse dicit, quinque mulieres liberae requiruntur, quae simul ventrem inspiciant, sed inuita muliere non tangant. <sup>a)</sup> Tutius est duos vel plures adhibere peritos, <sup>b)</sup> quemadmodum unico testi non facile creditur, et plures oculi plus vident quam oculus. <sup>c)</sup> Et quidem eliguntur a paribus vel communi

con-

<sup>a)</sup> vid. CARPZ. in Proc. tit. 2. Art. 3. n. 88. seq.

que CARPZ. d. 4. iung. BOEHM. dict. differt. §. 29.

<sup>b)</sup> sec. C. 14. X. de Prob. iung. LVDOV. Doctr. pand. Lib. XLII. Tit. I. §. 7.

<sup>a)</sup> l. 1. §. 10. D. de ventr. insp. <sup>b)</sup> conf. STRYK. de Iur. sens. diff. I. C. II. n. 23.

<sup>c)</sup> vid. P. I. Const. Elect. 26. ibi. IV. C. 5. n. 3. seqq. p. 235.

consensu, vel ab vnaquaque vtrarumque partium vnus, <sup>d)</sup> et plerumque tertius a iudice ex officio constituitur, <sup>e)</sup> vt dissentius duorum per tertium eo facilius componatur. Vnde pronunciatur: *durch drey — davon ieden Theile einen in Vorschlag zu bringen, nachzulassen, und der dritte Obrigkeit halber zu bestellen.* Vbi incidit quaestio, an artis periti hac ratione a partibus et iudice electi et admissi, deinceps, vt suspecti recusari possint? Respondeo, non facile hoc esse concedendum, quemadmodum communis testis non facile repelliri potest, <sup>f)</sup> nisi noua causa recusandi emergat. Quae enim de nouo emergunt, nouo legis indigent auxilio.

## §. X.

MVLTVM vero ad sententiam meam corroborandam, eamque clariorem reddendam, faciet, si allata exemplis quibusdam illustrauero. Sic de ALEXANDRO SEVERO LAMPRIDIVS in eius vita <sup>a)</sup> ait: fuit illi consuetudo, ut si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos et disertos

B 2 adhi-

<sup>d)</sup> l. 6. §. 1. C. de sec. nupt.

<sup>e)</sup> iung. l. 3. C. fin. reg.

<sup>f)</sup> l. 17. C. de testib.

<sup>a)</sup> Cap. XVI. et cap. XXXIII. iung. l. 2. Cod. Theod. de excusat. artific. qua CONSTANTINVS

XXXV. artifices nominat, qui immunes sunt ab omnibus munieribus personalibus, quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri, et suos filios erudire. iung. GVIDO PANCIROLLVS de corp. artific.

adhiberet: si vero de re militari, milites veteres et senes ac bene meritos, et locorum *peritos*, ac bellorum et castorum, et omnes litteratos, et maxime eos, qui historiam norant: requirens, quid in talibus caussis, quales in disceptatione versabantur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium fecissent, et paullo post: corpora omnium constituit, viniorum, lupiniorum, caligiorum, et omnino omnium artium: hisque et sepe defensores dedit, et iussit quid ad quos iudices pertineret. Et praetor Edictum, *Si mensor agri falsum modum renunciauerit*, porrexit ad mensores aedificii <sup>b)</sup> frumenti, et vini, <sup>c)</sup> immo, ad calculatores. <sup>d)</sup>

## §. XI.

ET nostris temporibus in concursu creditorum, si quis idem numorum genus recipere non potest, illud accipit cum Agio, *mit dem Auf-Gelde*, relatione et comparatione scilicet facta valoris huius pecuniae ad aliam; quem in finem a iurato *sensali* Lipsiensi, qui a *sensalare* nuncupatur, <sup>a)</sup> pro paruo lucello impetratur sic dictus *Cours-Zett*-  
tul;

<sup>b)</sup> quorum meminit CRUTERVS  
in Inscri. pag. 623.

<sup>c)</sup> l. 5. §. f. D. si mens. fals. mod.  
dix. l. 26. D. de excusat.

<sup>d)</sup> l. 7. §. 4. D. si mens. fals.  
mod. dix.

<sup>a)</sup> vid. Diff. 10. GUSTAVI SIL-  
BERRADII de sensalibus, habita Alt-  
dorff. 1711. §. 1.

OPTIMO LITIVM DIRIMEND. IVR. REMED. XIII

tul. b) Pariter negotiationis periti lites, quae ex cambiis oriuntur, ex bono et aequo mediantibus responsis mercatorum, quae *Parere* c) vocant, decidunt. Immo in plerisque emporiis particularia collegia, quibus et mercatores adhibentur, et germanice, *Handels-Gerichte* audiunt, ideo sunt instituta, ut res litigiosas mercatorum summam secundum suam scientiam artisque suae principia definiant, ne per ordinarios longaeuosque processus mercatores tantopere vexentur, temporisque iactura, detrimentum quodam sentiant. d)

§. XIL

PORRO in rationibus intricatis reddendis, in *Rechnungs-Sachen*, calculatoribus, qui vulgo *rationarii* appellantur, a) rationum computatio committitur, ut accepta atque expensa sedulo conferant, et deinde computum iudici tradant, ut res decidi queat; quo spectat L. 50. D. de cond. et dem. Et in R. O. P. S. b) sanctum est, ut duobus vel tribus calculatoribus, iuramento adstrictis, causae rationum

B 3 com.

b) conf. Mand. Reg. d. d. 3. Iul. 1748.

d) iung. Dissert. Dn. PRAESIDIS de praerog. credit. camb. prae chirogr. §. 2.

e) non *Parere*. conf. FRANCK. Inst. Iur. Camb. L. II. Sect. VII. Tit. I. §. 5.

a) vii in l. 15. §. 5. D. de excus. dicuntur.

b) ad Tit. XXVIII. §. 2.

XIV DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

committantur; In wichtigen Rechnungs - Sachen aber, sind vor allen Dingen zwey oder drey Calculatores zu verordnen, und zu solchem Ende absonderlich zu verpflichten, welche die Rechnungen und gezogenen Defecte, von Posten zu Posten durchgehen, die liquiden von denen illiquiden separiren, und iede in gewisse Classes und Numeros bringen, und darüber ibren Bericht und Gutachten ad Acta geben sollen. c) Dicuntur autem calculatores, a calculis, id est, lapillis minutis, quos veteres in manu tenentes, numeros componebant. d) Ediscabant enim haec pueri, cum literarum primis elementis; e) hinc IVLIVS CAPITOL. de HELVIO PERTINACE: f) Puer literis elementariis et calculo imbutus; et HORATIVS g):

Romani pueri longis rationibus assent  
Discunt in partes centum deducere.

§. XIII.

ITA saepius quoque peritorum in arte iudicium adhibe-

c) Iung. RIVIN. ad dict. Tit. En. X. pag. 1089.

d) vid. ANTON. AVGUSTIN. ad Modest. sive de excusat. Lib. sing. ad l. 15, §. 5. D. de Excus. in Thes. Otton. T. IV. pag. 1600.

e) Iung. PERRON. L. I. Animadu-  
C. 27. T. I. Thes. Otton. pag.

627.

f) §. I.

g) de art. poet. v. 325.

hibetur in materia euictionis, si cautio in casum succumbentiae ob reconventionem est determinanda, ad quam condemnatus, vel simpliciter, vel praevio iuramento malitiae, admittitur.<sup>a)</sup> Hinc sic pronunciarunt Scabini Lips. Mens. Jul. 1754. ad Praef. Eilenb. Ist zuförderst der ohngefährliche Betrag solcher nach Maße des Kauf-Schillings, mos für das ganze Gut erhandelt, von einigen, der Gelegenheit dasigen Orts fasssam kundigen Hausswirthen zu ermessen, und sodann von der solchergeestalt zu bestimmenden Summe so viel, als etc.

## §. XIV.

EODEM modo proceditur, si litterarum siles in dubium vocatur, et comparatio litterarum instituitur. *Rei scriptoriae periti*, praevio iuramento, singulos litterarum ductus cum scriptura indubitata et certa, ut puta quae in aliis Actis ab aduersa parte producta, vel recognita, vel, quae a testibus manum suam recognoscitibus, subscripta, probe conferunt,<sup>a)</sup> praesertim cum tali scriptura, quae eiusdem aetatis est. Manus enim, vel scribendi ratio,

<sup>a)</sup> vid. O. P. S. Tit. VI. §. 2. et  
Renif. dier. Tit. §. 1. iung. RIVIN. ad Tit. XIII. O. P. S. en. 28.

<sup>a)</sup> vid. BARTH. Hodeg. pag. 541. et STRYK. Introd. ad Prax. fo-  
renf. Cap. XIX. §. 9.

## XVI DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

tio, vt recte monet Imperator IVSTINIANVS, <sup>b)</sup> mutatur: non enim ita quis scribit iuuenis et robustus, ac senex et forte tremens. Quae tamen comparatio litterarum in R. O. P. S. <sup>c)</sup> quum huius collationis plerumque exiguum sit usus, et litterarum ductus propter veritatis imitationem saepius prudentissimos fallere possit, <sup>d)</sup> penitus est abrogata. Porro in documento, lingua exotica scripto, itur ad interpretem, <sup>e)</sup> vt linguam vnam in alteram, et quidem vernaculam, accurate transserat, iterumque secundum R. O. P. S. <sup>f)</sup> praestito prius iureiurando, quo versio simul cum copiis originalium probationi vel reprobationi adiici possit: *Die in frembden und auslaendischen Sprachen abgefasseten Documenta, soll der Producent so gleich bey denen Beweis- und Gegen Beweis-Articeln, durch einen geschworenen Dollmetzcher, in die Teutsche Sprache ubersetzt, bey deren Verlust beyfugen.* Id quod etiam v. g. de cambiis, litteris iudaicis scriptis, aliisque instrumentis, quibus inter se vtuntur Iudaei, dicendum. <sup>g)</sup> Eiusmodi lingua-

<sup>b)</sup> in Nou. LXXIII. praef. pr.

<sup>c)</sup> ad Tit. XXV. §. 5.

<sup>d)</sup> l. 23. D. ad L. Corn. de fals. et Nouell. LXXIII. praefat.

<sup>e)</sup> l. 1. §. 6. D. de V. O.

<sup>f)</sup> ad Tit. XXV. §. 3. sub fine.

<sup>g)</sup> conf. HEINECC. Elem. Iur. Camb. Cap. V. §. 16. ibique alleg. WAGENSEIL. jüdisch - deutsc̄he Belehrung quae Altd. in forma 4. producit

linguarum periti praeterea etiam in nostris iudiciis ideo quoque adhibentur, ut responiones eorum, qui linguam germanicam non callent, ad interrogationes iudicis factas explicent. Si vero eorum translatio non satis est accurata, postea in vitroque casu contra eandem tam in positibnibus, quam defensionibus ab Aduocatis merito nonnulla excipi solent. <sup>b)</sup>

## §. XV.

POTISSIMVM vero in rebus domesticis, aestimatio-  
ne atque taxatione aedium, <sup>a)</sup> praediorum, rerum ad in-  
uentarium spectantium, in conductione praefecturarum,  
in hereditatibus diuidendis, damnis restituendis, et aliis  
eiusmodi negotiis, consulendi diligentes patresfamilias, ha-  
rum rerum artiumque periti, v. g. *Mühlen-Bau-* <sup>b)</sup> und  
*Wirthschaffts-Verständige, Mauer-Meister und Zimmerleu-  
te*, quippe, vti est apud HORATIVM <sup>c)</sup>.

Nauim agere ignarus nauis timet; abrotонum aegro  
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est;  
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

C

Fabri

- |   |  |
|---|--|
| <i>b)</i> iung. BARTH. Hodeg. Cap. I.<br>§. 37. lit. f. pag. 152. | <i>b)</i> vid. l. 2. C. de ponderator.<br>iung. Nouell. VII. cap. 3. |
| <i>a)</i> conf. BRISSON. de formul.<br>Lib. VI. pag. 518. sq.     | <i>c)</i> Lib. II. Ep. I. p. 114. seqq.                              |

XVIII. DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE ~~PRO~~

*Fabri* autem appellatio generalis est, et quemlibet artificem mechanicum significat; vnde aurifaber, faber ferrarius, faber lignarius, faber murarius.

§. XVI.

SIC in specie apud nos per *Decis. Elect. noniss. II.* de a. 1746. sapienti consilio constitutum est, ut restituendi fructus redditusque annui à bonae vel malae fidei possessore, deductis impensis necessariis, in posterum per *peritos* et iuramento adstrictos *taxatores* aestimentur. Quam antea causa talis processu ordinario tractareretur, verbis: *Weil wegen Erstattung derer Nutzungen, bisher mancherley Zweifel vorgefallen, auch über den Betrag derselben, wenn deswegen auf Beweß und Gegenbeweß erkannt, zu nicht geringer Beschwerung derer Partheyen viele Weitläufigkeit und Unkosten verursachet worden; So setzen und ordnen wir hiermit, daß, wenn in Zukunft jemand zu Erstattung der erhobenen Nutzungen vertheilet wird, der ohngefährliche jährliche Betrag derselben, nach Abzug der unumgänglich nöthigen Unkosten, durch verständige und hierzu vereydete Taxatores auf ein gewißes Quantum gesetzt werden solle.*

§. XVII.

IGITVR in singulos annos certa quantitas fructuum,  
qui

qui ex re quadam *praeter propter*<sup>a)</sup> percipi possunt, vel locarium annum, ab eiusmodi patribus familias, quibus praediorum qualitas et conditio, nec non sumtuum et laborum quotannis inpendendorum ratio satis nota est, <sup>b)</sup> determinatur. Intelligo autem per fructus omnes rei corporalis et incorporalis reditus, siue natura prouenant e terra, vite, arbo-re et pecore, <sup>c)</sup> siue iure percipientur, <sup>d)</sup> sicut vſura pecuniae, <sup>e)</sup> pensiones, <sup>f)</sup> contra vero ad deductionem sumtuum necessariorum, qui in perceptionem fructuum et conseruationem rei fieri debent, referto v. g. das Schnitter-Meder - Drescher- und Fuhrlohn, für Dänger und dergleichen mehr; quae omnia in re iudicata in restitutione fructuum, deductis impensis, Saamen- und Art-Lobn, intelligi debere, recte censet WERNHERVS. <sup>g)</sup>

## §. XVIII.

ETENIM quod in fructus redigendos impensum est, non ambigitur ipsos fructus deminuere debere, <sup>a)</sup> et non

## C 2 intel-

*a)* quid haec verba indicent vid. *c)* l. 45. D. de vſur. l. 77. D. in GELL. Noct. Attic. Lib. XIX. de V. S.

Cap. 10.

*d)* l. 62. pr. D. de R. V.

*b)* vid. RIVIN. ad O. P. S. Tit. 28. En. 12. et 13. p. 1091. seqq.

*e)* l. 121. D. de V. S.

*f)* l. 59. §. 1. D. de vſur.

*g)* P. III. Obs. 34.

*a)* l. 46. D. de vſur.

intelliguntur fructus, nisi deductis impensis, quae quae-  
rendorum, cogendorum, conseruandorumque eorum gra-  
tia factae,<sup>b)</sup> nec ullus casus interuenire potest, qui hoc  
genus deductionis impediat;<sup>c)</sup> Id quod non solum in bo-  
nae fidei, sed etiam malae fidei possessoribus naturalis ra-  
tio expostulat.<sup>d)</sup>

## §. XIX.

VERVM enim vero, quum in fructuum taxatione fac-  
pius casus existat, ut fructus non annotati sint, haut im-  
merito quaeritur: quomodo sit procedendum? Sunt non-  
nulli, qui statuunt, viginti annorum fructus computari de-  
bere, ductu *Nouellae VII. Cap. 3. §. 1.* In hac vero No-  
uella partim non de casu, si fructus aestimati restitui de-  
bent, sermo est, partim est dispositio singularis, quae de  
emphyteusi ecclesiastica agit, hinc potius perceptio et in-  
de dependens restitutio fructuum ante plures annos per-  
ceptorum ad determinationem oeconomorum peritorum  
fieri debet; ceu pronunciauit F. I. V. Mens. Ian. 1690.<sup>a)</sup>  
*iedoch mit dieser Erklärung, daß Beklagter dasenige, so er*  
*und*

*b)* l. 36. §. f. D. de heredit. pe- add. RIVIN. ad O. P. S. Tit. XI.  
tit. l. 7. pr. D. solut. matrim. En. 62. pag. 454.

*c)* l. 51. pr. D. fam. ercise. -*d)* CONF HORN. Claff. XII. Sent.

*d)* l. 36. §. vlt. D. de hered. petit. IV. §. 3.

und seine Vorfahren von denen libellirten 8½ Morgen-A.  
cker über die jährlichen Zinnissen und Onera nutzen kön-  
nen, auf Haushaltungs verständiger Leute Erkänntnis Kl.  
Principalin zu erstatten schuldig. V. R. W.

## §. XX.

ATTAMEN si hi periti iurati certam perceptorum  
fructuum summae constituunt, impensasque, quas posses-  
sor in eos fructus fecit, longe maiores aestimant, ad fru-  
ctus restituendos damnatus nihil expensarum nomine recipi-  
pit, quando impensa superant meliorationes. Sic CEL-  
SVS<sup>a)</sup> inquit: reddat dominus impensam, vt fundum re-  
cipiat, vsque eo duntaxat, quo pretiosior factus est; et  
PAVLVS:<sup>b)</sup> bonae fidei possessores non aliter cogendos  
creditoribus aedificium restituere, quam sumtus in exstruc-  
tione erogatos, quatenus pretiosior res facta est, recipie-  
rent. <sup>c)</sup> Secus tamen res se habere videtur in vniuersali  
iudicio hereditatis petitione. <sup>d)</sup> Immo, ob calculi a mul-  
tis retro annis ineundi difficultatem in Dec. El. nou. II. de a.  
1746. sancitum, bona fidei possessorem fructus modo vl-

C. 3. timi

a) in l. 38. D. de R. V.

d) vid. l. 37. D. de hered. perit.

b) in l. 29. §. 2. D. de pignor.

et a L. R. S. Sp. 447. med. 3. et Sp.

c) iung. l. 48. D. de R. V.

450. med. 7. et 8. et 9. et 10. et 11. et 12.

XXII DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

timi anni, malae fidei autem possessorem trium ultimorum annorum ante institutam actionem restituere teneri.

§. XXI.

IN genere, veri pretii explorandi gratia, res *peritis* tradi et committi solet, <sup>a)</sup> v. g. architectis, ut de impensis aedium sacrarum, adhibitis fabris lignariis et caementariis, iudicent, atque ichnographiam, seu tabulam, quae rem inspiciendam continet depictam, confiant. Sic et PLATO apud VALERIVM MAXIMVM <sup>b)</sup> conductores sacrae aiae, de modo et forma eius secum sermonem conferre conatos, ad EUCLIDEM Geometram ire iussit, scientiae eius cedens, immo professioni. Eodem quoque modo secundum O. P. S. <sup>c)</sup> proceditur in taxandis feudis: zu Taxirung der Ritter- und Lehn-Güter aber sollen nicht die Land-Schöppen, sondern solche Personen gebranchet werden, welche selbsten dergleichen Güter besitzen, und deren Gelegenheit wol kundig und erfahren seynd.

§. XXII.

PRAETEREA vestimenta sartores, lanas pannifices, vasa aurea et argentea, lapillos et gemmas aurifabri, oues, boues

<sup>a)</sup> iuxta l. I. §. 2. et l. 17. §. 4.  
D. de praeser. verb.

<sup>b)</sup> Lib. VIII. cap. 12.

<sup>c)</sup> Tit. XL. §. 3.

boues et cetera animalia laniones optime aestimant. Sic v. g. saepius horum *peritorum* iudicio rerum ablatarum taxatio committitur, si res furtivae in natura adhuc extant, et in iudicio praesentes sunt non deterioratae, et pronuntiatur: Es wäre denn, daß, daß alle gestohlene Sachen annoch in natura vorhanden, zwey dazu verpflichtete taxatores den beschworenen Wert so übermäßig finden, daß alles zusammen nicht über 12. Thaler 12. Gr. ausmache, So etc. Et si hi periti minorem summam renunciant, fur a capitibus poena liberatur. <sup>a)</sup> Quemadmodum etiam fabri ferrarii, qui plerumque equorum aegrotorum curam in se suscipiunt, nec non venditores equorum, *Pferdekündige*, tanquam artis periti adhibentur, si equus emtus, breui post traditionem moritur, vt ex eius inspectione iudicent, utrum ante contractam venditionem latitans vitium adfuerit, an minus; v. c. equumne antea beneficio corruptum, aut vitiosum in vesica, aut pulmonem, vel iecur marcidum <sup>b)</sup> deprehenderint? Quo in casu vendor ex Aedil. Edicto sine dubio cogi potest, vt pretium emtori restituatur. <sup>c)</sup> Namque corum testimonio haut mediocris fides tribui-

<sup>a)</sup> iung. BERG. Oec. pag. 781.      <sup>c)</sup> I. 14. D. cod. iung. LISSERI.  
CARPZ. Qd. 78. n. 57.      ius Georg. Lib. I. Cap. XII.

<sup>b)</sup> I. 12. §. 4. D. de Aedil. Edict. n. 96.

XXIV DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

tribuitur. <sup>d)</sup> Atque hinc eo in casu, quo venditor equum sanum dixerat, licet eiusdem mors ex postfacto, integro mense elapso, contigerat, quum carnifex incisor cum duabus equorum peritis, *nebst zwey Rossändlern und Rosschauern*, testimonium darent, vitium pulmonum putridorum ante venditionem fuisse contractum, Scab. Lipf. Mens. Nou. 1690. teste BARTHIO, <sup>e)</sup> venditori pretii restitutio-  
nem iniunxerunt.

§. XXIII.

ITA quoque olim apud Romanos, quum incidet  
quaestio, de modo, seu mensura quantitatis et spatii agro-  
rum, <sup>a)</sup> adhibebantur *artis periti*, mensores machinarii,  
vti vocantur in *l. f. pr. D. si mens. fals. mod. dixerit*, et  
passim in inscriptionibus apud GRVTERVM <sup>b)</sup> qui agros  
machina quadam metiebantur, vnde *agrimensores* vocan-  
tur. <sup>c)</sup> Nam recte ait VLPIANVS: <sup>d)</sup> ad officium de fi-  
nibus cognoscendis pertinet, mensores mittere, et per eos  
dirimere ipsam finium quaestionem, hoc est, illorum ope  
et arte, quo iudicium plenius instruunt, renunciando cer-  
tum

<sup>d)</sup> conf. MEV. P. II. Decis. 261.

<sup>e)</sup> in Hodeg. cap. I. §. 46. lit. c.

<sup>a)</sup> l. 40. D. de contr. emt. vend.

<sup>b)</sup> pag. 99.

<sup>c)</sup> in l. 3. C. fin. reg.

<sup>d)</sup> in l. 8. §. 1. D. eod.

trum agrorum modum. Vnde eos CICERO contra RVL-  
LVM <sup>e)</sup> finitores appellat. Finitem miteant: ratum sit,  
quod finitor vni illi, a quo missus erit, renunciauerit. Id  
quoque in Electoratu Saxoniae secundum O. P. S. R. ob-  
tinet, ita quidem, vt iudex in agris dimetiendis, vel in ge-  
nere, vel in specie, ad hunc actum iuratos mensores ad-  
hibeat, eorumque opera terminos constituant.

## §. XXIV.

ET quam hoc solemne quoddam probandi genus sit,  
quod fit propter facti evidentiam, <sup>a)</sup> constat, ocularem in-  
spectionem etiam post publicata attestata institui posse, ceu  
pron. Scab. Lips. M. Ian. 1700. vbi in rationibus decidendi:  
*Dennoch aber und dieweil die probatio per evidentiam fa-  
cti, unter denen sonst zum Beweß und Gegen-Beweß ge-  
setzten fatalibus nicht begriffen, also auch die inspectio o-  
cularis nach Verfließung derselben, wie auch auf bereits  
publicirte Attestata wohl statt finden mag, zumal wenn solche  
zur Erläuterung und bessern Verständniß derer Gezeug-  
nisse dienen kan.* <sup>b)</sup> Et quidem olim ocularis inspectio  
quouis tempore peti instituique poterat, etiam post rem

D                      iudica-

<sup>e)</sup> in Orat. II. cap. 13. in fine.

<sup>b)</sup> vid. RIVIN. ad Tit. XXVIII.

<sup>a)</sup> conf. STRYK. de Jur. sensl. O. P. S. En. 6. p. 1075.

Diss. I. cap. 11. §. I.

XXVI DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

iudicatam. <sup>c)</sup> Sed secundum R. O. P. S. <sup>d)</sup> in Saxonia Electorali res est immutata, et statim vel in probatione et reprobatione, vel post publicata Attestata intra XIV. dies peti debet; iudicis tamen potestas idcirco latius patet, usque dum sententia definitiva vires rei iudicatae consecuta est.

§. XXV.

ET ut certo certius de corpore delicti, ut loquuntur, constet, quo poena capitalis irrogari possit: maxime si quaeratur, an vulnus simpliciter mortiferum sit, an minus, consulendi Medici, immo, in sectionibus secundum Ord. Crim. <sup>a)</sup> praeter iudicis et duorum scabinorum praesentiam Medici et Chirurgi desideratur.

§. XXVI.

DILIGENTI quoque rei consideratione, seu inspectione oculari est opus, si mulier capitali, vel corpus afflictiua poena plecti, <sup>a)</sup> torqueri, vel terreri debet, <sup>b)</sup> an graui-

<sup>c)</sup> conf. MENCK. Disp. ad Proc. Tit. XXVIII. §. 8. et 9. BERG. Oec. iur. Lib. IV. Tit. 24. n. 8. pag. 1063. et eiusdem E. D. F. pag. 800. seq.

<sup>d)</sup> ad Tit. XXVIII. §. 1.

<sup>a)</sup> Art. 147. iuncto art. 149. conf. A LEYS. Sp. 598. m. 7. seq. <sup>a)</sup> l. 18. D. de statu hom. l. 3. D. de poen. <sup>b)</sup> iung. A LEYS. Sp. 14. med. 1. et 2.

OPTIMO LITIVM DIRIMEND. IVR. REMED. XXVII

grauida sit, vel, si suspecta sit de partu edito; <sup>c)</sup> immo,  
si quaestio oriatur de coeundi impotentia, priusquam con-  
iuges admittuntur ad iusiurandum, <sup>d)</sup> corporum inspectio  
decerni solet, et adhibentur Medici, Chirurgi, obstetrices  
aliaeque mulieres, quae ventrem inspiciant, iudiciaque  
sua ferant. <sup>e)</sup> Nec non saepius ob corporis constitutionem  
dictata tortura suspenditur, et res Medici vel Medicorum,  
qui prae aliis experti et experientissimi nuncupantur, iudi-  
cio relinquuntur; immo, in ipso actu torturae adhibentur,  
et pronunciatur: *und daferne auf dessen Anzeige maehren-  
der derselben etwas bedenkliches sich ereignen sollte, damit  
in Rube zu stehen.* <sup>f)</sup>

§. XXVII.

Sic porro Medicis in quaestionibus facit creditur, si  
initio septimi mensis perfectum partum nasci posse, <sup>a)</sup>

D. 2 et

<sup>c)</sup> Art. 35. Const. Crim. et Mand.  
Reg. d. d. Dresden den 14. Oct. 1744.  
*wider die Abreib - Umbring - und  
Wegsetzung, derer Leibes - Früchte  
und zur Welt gebohrnen Kinder.*

de impotent. coni. Cap. III. n. 4.  
sqq. pag. 61.

<sup>f)</sup> vid. WERNH. Princ. Iurispr.  
form. P. II. C. VII. p. 254. edit.  
Haym.

<sup>a)</sup> l. 12. D. de statu hom. l. 3.  
<sup>e)</sup> f. D. de suis et legit. hered. adde  
RIVIN. Enunc. pag. 465. et  
WERNH. P. I. Obs. 153.

XXVIII DE IUDICIO PERITORVM IN ARTE

et undecimo mense in lucem editum legitimum partum esse,  
afferunt, quod atra bili, tristitiaque ob mortem mariti mor-  
bumque partus sit retardatus, <sup>b)</sup> et Ordo Vitembergensis  
praeuia consultatione Facult. Medic. cum qua consipaue-  
rat Halensis M. Mart. c. a. sententiam ICtorum Halens. qua  
hereditas partui undecimestri erat adiudicata, non obstan-  
te leuteratione, confirmare non dubitauit. Si uero a se in-  
uicem dissentiunt Collegia Medica, causa fit dubia, et pro-  
reo decidenda. <sup>c)</sup> Quando vero obstetrices a Medicis dissen-  
tiunt, hisce ob artis suae maiorem curam certioremque si-  
dem, quum obstetricum contra manus et oculi saepe fallan-  
tur, <sup>d)</sup> maior fides habetur. Quod pronunciando obseruauit  
Ordo Vitembergensis Mens. Apr. c. a. in causa *Cath. Elif. M.*

§. XXVIII.

Tandem quum iudice POMPONIO, <sup>a)</sup> constare non  
posset *Ius, ars boni et aequi*, <sup>b)</sup> nisi sint IURIS PERITI, per  
quos possit quotidie in melius produci, et ut causae con-  
trouersiae ciuiles pariter ac criminales rite deciduntur, iuf-

su

<sup>b)</sup> conf. AMMAN. in Medicin.  
critic. casu 29. a LEYS. Sp. 15. med.  
I. et BERG. Oecon. p. 41.

<sup>c)</sup> l. 47. D. de O. et A.

<sup>d)</sup> vti dicitur in C. 4. C. 27. qu.  
I. et C. 14. X. de probat.  
<sup>a)</sup> in l. 2. §. 13. D. de O. I.  
<sup>b)</sup> vt eleganter CELSVS definit  
in l. 1. pr. D. de I. et I.

su Imperantium transmittuntur Acta, ad Collegia iuridica,  
seu STVDIOSOS IVRIS, vti vocantur Assessores. *c)* Vnde apud GELLIVM *d)* Cur hoc me potius rogas, quain  
ex istis aliquem PERITIS STVDIOSISQVE IVRIS, quos  
adhibere in consilium iudicaturi soletis? Item, si quis legalis  
scientiae praemia accipere vel consortio Aduocatorum  
sociari vult, recurrentum ad IVRISPERITOS, qui testan-  
tur, quem examinauerunt, *peritia Iuris* instructum. *e)*  
Quemadmodum in Saxonia Electorali publica lege *f)* san-  
ctum, neminem in iudicio ad Aduocationis officium *g)*  
admitti debere, neque quendam in praefecturis vel aliis  
iudiciis Actuarii vices in se suscipere, neque cuidam admini-  
strationem Iurisdictionis committi posse, nisi ab uno  
Collegiorum iuridicorum, vel Lipsiensi, vel Vitember-  
gensi, examinatus, et testimonio iustoque elogio profectu-  
um, quos in Iure fecit, sit ornatus.

## §. XXIX.

*c)* in l. 1. D. de off. assessor. l. 4.  
D. de extr. cogn. l. 9. §. 4. D. de  
poen.

*d)* Noct. Attic. Lib. XII. cap. 13.

*e)* l. 11. C. de adu. diu. iudicior.

*f)* vid. Mand. sub. No: VIII.

in App. O. P. S. R. d. d. Dresden  
den 12. Apr. 1723. wegen derer Ad-  
vocaten, et Mand. d. d. Dresden  
den 15. Mart. 1747.

*g)* vti in l. 4. C. de adu. diu. iu-  
dic. dicitur.

XXX DE IUDICIO PERITORVN IN ARTE ETC.

§. XXIX.

Vt igitur absolutis bono cum Deo in hac et aliis Academiis, omnibus Iurisprudentiae partibus, et mihi aditus ad examen pateat, atque, vt **ILLVSTRI ICTORVM ORDINI** qualescunque progressiones, quas in iuris arte feci, probem, hoc edidi studiorum meorum specimen de *iudicio peritorum in arte, optimo litium dirimendarum iuris remedio*, memor benedicti illius CICERONIS: a) Honos alit artes: omnesque incenduntur ad studia gloria. Deo autem, bonarum *artium* auctori, defensori et Protectori, qui studiis meis huc usque adfuit clementissime, et in posterum me meaque omnia pie consecro.

a) Lib. I. Cap. 2. Tusc. quaest.



XXXI

WITTENBERG, Diss.) 1755

V D  
18


ULB Halle  
005 905 427

3





B.I.G.



L. D. B. V

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

IUDICIO  
PERITORVM IN ARTE  
OPTIMO LITIVM DIRIMENDARVM  
IVRIS REMEDIO

QVAM

PRAE S I D E  
ANDREA FLORENTE  
R I V I N O D

POTENTISSIMI SARMATARVM REGIS ET ELECT SAX  
CONSIL AVLICO DIGESTI VETER PROF PUBL ORDIN  
CVR PROVINC CONSIST ECCLESIAST ET SCABIN  
ITEMQUE ORD IVRID VITEMB  
ASSESSORE

IN AUDITORIO MAIORI

ANNO RELIGIOSAE PACIS SAECVLARI

CIDICCLV D VI OCT

TVETVR ET DEFENDIT

AVCTOR

IOANNES CAROLVS TISCHER

CIZENS

VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTL OB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS.

A5  
1755  
14  
471